adderet fertilitatem quamdam que homines  
alios propagaret: congeneras eis etiam  
propagandi possibilitatem. non necessitatem.  
**Q**uibus tamen voluit hominibus abstulit eam  
deus. et steriles fuerunt: non tamen generibus  
no abstulit semel datam primis duobus  
ouibus benedictionem generandi. **N**ec est  
propagatio que uis peccato ablata non fu-  
erit: non tamen etiam ipsa talis est qualis  
fuit: si nemo peccasset. **E**x quo enim ho-  
mo in honore positus postea que deliquit  
comparatus est pecoribus. similiter ge-  
nerat: non in eo tamen penitus extincta est  
quedam veluti scintilla racomis in qua factus  
est ad imaginem dei. **H**uic autem propagatio  
miserio: macula non adhiberetur: nec ipsa  
in sui generis formalis modosque prederet  
**S**i enim non concubissent homines et mi-  
chilominus deus vellet implere terras  
hominibus: quomodo creauit vnum sine com-  
mixtione carnis et femine. sic possunt omnes.  
**C**oncubentes vero. nisi illo create ge-  
nerantes esse non possunt. **S**ic ergo



ait apostolus de institutione spiritali quod homo ad pietatem iustitiamque formatur. neque qui plantat est aliquid. neque qui rigat. sed qui incrementum dat deus: ita etiam hic dici potest. nec qui dormit. nec qui seminat est aliquid sed qui format deus: nec mater que conceptum portat. et partum nutrit est aliquid: sed qui incrementum dat deus. Ipse namque operatione quam nunc usque operatur facit ut numeros suos explicent semina. et a quibusdam latentibus atque invisibilibus involucris in formas visibiles huiusmodi aspiciamus deorsum evoluant ipse in corpore eam corpore atque naturam illam prepositam. istam subiectam miris modis copulans et connectens. animantem facit. Quod opus eius tam magnum et mirabile est. ut non solum in homine quod est animal rationale et ex hoc cunctis terrenis animantibus excellentius atque prestantius. sed in qualibet minutissima muscula bene consideranti. stuporem mentis ingerat. laudemque pariat creatoris. Ipse itaque anime humane mentem dedit. ubi ratio et intelligentia in infante sopita est quodammodo quasi nulla sit. excitanda scilicet atque exercenda etatis accessu. qua sit scientie capax atque doctrinam et habilis preceptum veritatis et amoris boni qua capacitate hauriat sapientiam virtutibusque sit preclara. quibus prudenter. fortiter. temperanter. et iuste aduersus errores et cetera ingenerata vicia dimicet: eaque nullius rei desiderio nisi boni illius summi atque immutabilis vincat. Quod et si non faciat ipsa talium bonorum capacitas in natura rationali diuinitus instituta. quantum sit bonum. quod mirabile opus omnipotentis: quis omnipotenter effatur aut cogitat? Preter enim artes bene viuendi. et ad immortales pueniendi felicitatem quam virtutes vocantur. et sola dei gratia que in christo est. filiis promissionis regnique donatur: non

ne humano ingenio tot tantaeque artes sunt inuente. et exercitate. partim necessarie partim voluntarie. ut tam excellentes vis mentis atque rationis in his etiam rebus quas superfluas. imo et periculosas periculosasque appetit. quantum bonum habeat in natura. unde ista potuit vel inuenire vel discere. vel exercere testetur. Vestimentoque et edificiorum ad opera que mirabilia. que stupenda industria humana puenierit: quo in agricultura. quo in navigatione profecerit: que in fabricacione quorumque vasorum vel etiam statuarum et picturarum varietate excogitauerit et impleuerit: que in theatris mirabilia spectantibus. audientibus. incredibilia facienda et exhibenda molita sit: in capiendis. occidendis. domandis irrationabilibus animantibus. que et contra repererit: aduersus ipsos homines tot generum venenorum. tot armorum. tot in achimamentorum. et pro salute mortali tuenda. atque reparanda que medicamenta atque adiuuentia prebenderit: pro voluptate faucium quot condimenta et gule irritamenta repererit: ad indicandas et suadendas cogitationes que multitudinem varietatemque signorum. ubi principium locum verba et littere tenent: ad delectandos animos quos elocutionis ornatus que diuisorum carminum copia: ad mulcendas aures quot organa musica. quos cantilene modos excogitauerit: quantum pitiam dimensionum atque numerorum: metusque et ordines siderum contra sagacitate prebenderit: que multa rerum mundanarum cognitione se impleuerit. que possit eloqui: maxime si volumus non aceruatim cuncta agere. sed in singulis immorari. In ipsis postremo erroribus et falsitatibus defendendis. que magna claruerint ingenia philosophorum. atque hereticorum: quis est maie sufficiens? Loquimur enim nunc de natura mentis humane que ista vita mortalis ornatur: non de fide



atq; itinere veritatis qua illa immor-  
talitas acquiritur. **H**uius tate natu-  
re ditor: cu sit vtiq; deus verus et sum-  
mus. ipso cuncta que fecit administra-  
te. et summa potestate. summaq; habente  
iusticiam. nunq; pfecto in has mise-  
rias decidiss; atq; ex hijs preter eos  
solos qui liberabuntur in eternas esset  
itura nisi minimis grade peccati in hoie pri-  
mo de quo ceteri exorti sunt pcessiss;. **I**a  
vero in ipso corpore quous nobis fit cu  
beluis mortalitate omne. multisq; e-  
az reperitur infirmitas. quata dei bo-  
nitas. quata prudentia tati creatoris  
apparet. **N**one ita sunt in eo loca sen-  
suum. et cetera membra disposita. spe-  
ciesq; ipa ac figura et staturatio eius cor-  
poris ita modificata: vt ad ministeri-  
um anime rationalis se indicet factus.  
**N**o eni vt animalia racomis exptia p-  
na ee videmus in terra. ita creatus e  
homo: s; erecta in celu corporis forma  
ammonet eu q; sursum sunt sapere. **P**or-  
ro mira nobilitas que lingue a cmani-  
bus attributa est ad loquendum et scri-  
bendum apta atq; oueniens. et ad ope-  
ra artium plurimaz officioruq; com-  
plenda. none satis ostedit quali ami-  
me vt fuiret tale sit corpus adiuctus.  
**Q**uaq; et detractis necessitatib; ope-  
randi. ita omnium partium congruentia nu-  
merosa sit. et pulchra sibi parilitate re-  
spondeat. vt nescias vtrum in eodan-  
da maior sit utilitatis habita raco q;  
decoris. **C**erte eni nichil creatu vide-  
mus in corpore utilitatis causa: quod  
non habeat etia decoris locum. **P**lus  
autem nobis id apparet: si numeros me-  
suraz quib; inter se cuncta onexa sunt  
et coaptata nossemus: qs forsitam da-  
ta opa in hijs que foris eminent bua  
na poss; vestigare solertia. **Q**ue vero  
texta sunt atq; a nostris remota o spe-  
ctib; sicuti e tata pplexitas venaru atq;  
neruoz. et visceru secreta vitaliuz in

uenie nullus potest: q; et si medicoz di-  
ligentia nonnulla crudelis quos anato-  
micos appellant lamavit corpora mor-  
tuoz. siue etia; inter manus secantis  
pserutatisq; morientium. atq; in car-  
nibus humanis satis inbuan abdi-  
ta cuncta rimata est. vt quid et quo-  
modo. quib; locis curadu esset addi-  
sceret: numeros tñ de qb; loquoz. q;  
bus coaptaco q; armonia grece dica-  
tur taq; cuiusda; organi extrinsecus.  
atq; intrinsecus totius corporis ostet.  
quid dicat. **N**emo valuit inuenie: qs  
nemo ausus e querere. **S**i si noti esse  
potuissent: in interiorib; q; visceribus  
q; nullu ostentat decus. ita delectaret  
pulchritudo racomis vt omni forme ap-  
pareti que oculis placet ipsius mens  
que oculis vtitur preferretur arbitrio.  
**S**unt vero qdam ita posita in corpore  
vt tñ modo decorum habeant non et  
vsu: sicut habet pectus virile mamil-  
las: sic facies barbã: qua non esse mu-  
nimento s; virile ornamentu indicant  
pure facies feminaaz: qual vtiq; in fir-  
miores muniri tutius ouemiret. **S**i er-  
go nullu membrum e in hijs quidem  
cospicuis vnde ambigit nemo q; ita  
sit alicui opi accommodatu vt no etia;  
sit decoru. sicut aut nonnulla quoz solu;  
decus. et nullus est vsus: puto facile in-  
telligi in modico corpore dignitate  
necessitati fuisse placã. **T**ransitura est  
quippe necessitas tempusq; venturuz:  
qn sola inuicem pulchritudine sine vlla  
libidine pfruamur. **Q**o maxie ad lau-  
dem referedu e ditoris: cui dicitur in  
psalmo. **C**onfessione; et decoru in diu-  
sti. **J**am cetera pulchritudo et valitas  
creature q; homini lic; in istos labores  
miseriasq; plecto atq; damnato. spe-  
ctanda atq; sumeda diuina largita-  
te ocella e. quo sermone potest termi-  
nari: i celi et terre et maris multimoda  
et varia pulchritudine in ipsius lucis



tanta copia. tāq̄ mirabili specie. in so-  
le ac luna et sideribus. in opacitatibus ne-  
moribus. in coloribus et odoribus floribus. in di-  
uersitate ac multitudine volucrum garru-  
larum et pietarum. in multiformi specie tot  
tatarumque aiantium. quare ille plus habet  
ammiracionis quam molis minimum. plus enim  
formicularum et apicularum opera stupen-  
dum quam immensa corpora balenarum.  
in ipsius quoque maris tam grandi spectacu-  
lo cum sese diuersis coloribus induit  
velut vestibus. et aliquando viride atque hoc  
multis modis. aliquando purpureum. aliquando  
ceruleum est. Quam porro delectabiliter spe-  
ctatur etiam quandoque turbatur et fit inde  
maior suauitas: quare sic de muliere inueni-  
rem. ut non iactet et quod nauticam  
Quid ciborum usquequaque copia contra  
famem. Quid saporum diuersitas contra fa-  
stidium nature. diffusa diuitijs non co-  
ctus arte ac labore quesitas. Quid in tam  
multis rebus tuende ac recuperande sa-  
lutis auxilium. Quam grata vicissitudo  
diei alternantis et noctis. Aurarum quoque  
blandatempertes. In fructibus et peco-  
ribus in dumentorum officendorum quanta  
materies. Omnia commemorare quis pos-  
sit. Nec autem solacia que a me velut in que-  
dam sunt aggerem coartata. si vellem ve-  
lut colligata inuolucra soluere atque di-  
scutere: quanta michi mora esset in sin-  
gulis quibus plurima continentur. Et  
hec omnia miserorum sunt damnatorum  
que solacia: non prima beatorum. Que igitur  
illa sunt. si tot ac talia et tanta sunt ista.  
Quid dabit eis quos predestinauit  
ad vitam: que hec dedit etiam eis quos  
predestinauit ad mortem. Que bona  
in illa beata vita facit eos sumere: pro  
quibus in hac miseria ungemini suum fili-  
um voluit usquequaque ad mortem mala tanta pro-  
ferre. Unde apostolus de ipsis in illud  
regnum predestinatis loquens. qui proprio  
inquit filio non peperit sed pro nobis omni-  
bus tradidit eum: quomodo non et cum illo omnia

nobis donauit. Cum hec promissio com-  
plebitur quid erimus. Quales erimus.  
Que bona in illo regno accepturi su-  
mus: quandoquidem christo moriente pro  
nobis tale iam pignus accepimus.  
Qualis erit spiritus hominis. nullum omni-  
no habens vitium. nec sub quo iaceat. nec  
cui cedat. nec contra quod saltim lauda-  
biliter dimicet. pacatissima virtute per-  
fectus. Herum ibi omnium quanta. que spa-  
ciosa. que certa scientia sine errore aliquo  
vel labore. ubi dei sapientia de ipso suo  
fonte potabitur. cum summa felicitate. sine  
ulla difficultate. Quale erit corpus  
quod omnimodo spiritui subditum. et  
eo sufficienter viuificatum nullis alimo-  
nibus indigebit. Non enim animale. sed spi-  
rituale erit: habens quidem carnis sed  
sine ulla carnali corruptione substantia.

**U**erum de animi bonis. **Ca. xxij.**  
Quibus post hanc vitam beatissimus  
perfructur. non a nobis dissentit philo-  
sophi nobiles. De carnis resurrectione  
contendunt: hanc quantum possunt negant.  
Sed credentes multi negantes paucis-  
simos reliquerunt: et ad christum qui hoc  
quod istis videtur absurdum in sua  
resurrectione monstrauit. fidei corde  
ouisi sunt: docti et indocti. sapientes mu-  
di et insipientes. Hoc enim credidit mu-  
dus quod predixit deus: qui etiam hoc  
predixit quod hanc rem mundus fuerat  
crediturus. Neque enim petri maleficijs  
eum cum laude credentium tanto ante pre-  
nunciae pulsus est. Ille enim est deus que-  
sicut iam dixi aliquotiens nec omnino  
re me piget contentente propheta. atque  
id oraculis deorum suorum. proba est cupien-  
te: ipsa numma phorescut. Quae sic lau-  
dauit: ut cum deum preterea regem vocaret.  
Absit enim ut sic intelligenda sint que  
predixit. quod voluit hijs qui hoc cum mun-  
do non crediderunt. quod mundum creditu-  
rum esse predixit. Cur enim non potius ita  
sic crediturus tanto ante predictus



est mundus: nō sicut paucissimi garrunt qui hoc cū mundo qđ crediturus predcūs est credē noluerūt. Si enī propterea dicūt alio modo esse credēda: ne si dixerit vana esse scripta iniuriā faciant illi deo cui tā magnū perhibent testimonium: tāta p̄sus ei vel etiam grauiorem faciunt iniuriā. si aliter dicūt esse intelligēda nō sicut mundus ea credidit quē crediturum ipse laudauit. ipse p̄misit. ipse opleuit.

**V**trum enī nō p̄t facē vt resurgat caro a viuat in eternū? An propterea credēduz nō est id eum esse sc̄rū: q̄ malū est atq; indignū deo. **S**i de oī potētia eius qua tota tāta fecit in credibilia: iā multa diximus. **S**i volūt inueniē qđ omnipotens nō potest: habent p̄sus: ego dicam. Mentiri non potest. **C**redamus ergo quod potest: nō credēdo qđ nō potest. **N**ā itaq; credentes qđ mentiri possit: credant esse facturū qđ se facturū esse p̄misit: et sic credant sicut id credidit mundus quē crediturum esse p̄dixit. quē crediturū esse laudauit: quē crediturum esse p̄misit: quē credidisse iā ostēdit.

**H**oc aut malū esse vnde demonstrat. **N**on est illic vlla corrupcō: qđ est corporis malum. **D**e ordine elemētōz iā disputauimus: de alijs hominū vicijs satis diximus: q̄nta sit futura i corpore incorruptibili facilitas motus. de p̄sentis bone valitudinis temperamēto q̄ vtiq; nullo modo illi comparanda ē immortalitati: i libro tredecimo satis vt op̄mor ostēdimus. **L**egant superiora operis huius. q̄ vel nō legerūt: vel nolunt recolē qđ legerunt.

**C**a. xxvi

**S**ed porphirius ait inquit vt bt̄a sit anima. corpus esse omne fugiendū. **N**ihil ergo p̄dest quia incorruptibile diximus futurū corp⁹. si anima beata nō erit: nisi omne corpus effugerit. **S**i iam a hinc in libro

memorato q̄ntum oportuit disputauim.

**V**erum hic vnū inde tātū memoria. **E**men det libros suos istoz omniū magister plato. et dicat eoz deos vt beati sint sua corp⁹: a fugituros id est esse mortuos quos in celestib; corp⁹ ribus dixit inclusos. **Q**uib; tñ deus a quo facti sunt quo possent esse securi. immortalitatem id est in eis de corp⁹ ribus eternā p̄manentiā. nō eoz natura id habente s; suo osilio p̄ualente p̄misit. **V**bi etiam euerūt illud quod dicūt. qm̄ est impossibile. ideo resurrectōne carnis nō esse credēda. **A**peritissime quippe iux eūdē philosophū vbi dñs a se facti p̄misit deus nō facti immortalitatem: qđ impossibile ē se dixit ēē sc̄rū. **S**ic enī eū locutū narrat plato. quomā estis oza inquit immortales esse a indissolubiles non potestis **N**ō tñ dissoluemini. neq; vos vlla mortis fata p̄ment. nec erūt valētiōra qđ osilium meum quod maius ē vinculū ad p̄petuitatē vestrā: qđ illa quib; estis colligati. **S**i nō solū absurdi sed surdi nō sūt qđ hoc audiūt: nō vtiq; dubitant dñs factis ab illo deo qui eos fecit secūdu platonem: qđ ē impossibile fuisse p̄missum. **Q**ui enī dicit. vos quidē immortales esse nō potestis. s; mea voluntate immortales eritis: qđ aliud dicit qđ id qđ fieri non potest. me faciente tñ eritis. **I**lle igitur carnem incorruptibilem immortalem spūalem refusatauit: qui iuxta platonē id qđ impossibile est se facturū esse p̄misit. **Q**uid adhuc qđ promisit deus qđ deo promittenti credidit mundus. qui etiam ipse p̄missus est crediturus. esse impossibile clamant: quā doquidem nos deum qui secūdu platonē facit impossibilia id facturū ēē clamamus. **N**on ergo vt bt̄e sint anime corpus ē omne fugiendū: s; corpus incorruptibile recipiendū. **E**t in quo oueniēti⁹



in corruptibili corpore letabuntur: quoniam in quo corruptibili gemuerunt. Sic enim non in eis erit illa dira cupiditas quam posuit ex platone virgilius ubi ait. rursus et incipiant in corpora velle reverti. Sic inquit cupiditatem revertendi ad corpora non habebunt: cum corpora in que reverti cupiunt secum habebunt: et sic habebunt. ut nunquam non habeant. nunquam ea profusus vel ad exiguum quolibet tempus nulla morte deponant. **Ca. xxvij.**

**S**ingula quaedam dixerunt plato atque porphirius. quod si inter se communicare potuissent. facta essent fortasse christiani. Plato dixit sine corporibus animas in eternum esse non posse. Ideo enim dixit. etiam sapientium animas post quolibet longum tempus. tamen ad corpora redituras. Porphirius autem dixit animam purgatissimam cum redierit ad patrem: ad haec mala mundi nunquam esse redituras. Ac per hoc quod verum vidit plato si dedisset porphirio etiam iustorum atque sapientium purgatissimas animas ad humana corpora redituras. rursus quod verum vidit porphirius si dedisset platoni nunquam redituras ad imbecillas corruptibilis corporis animas sanctas. ut non singuli haec singula. sed ambo et singuli utrunque dicerent: puto quod viderit esse iam consequens ut redirent anime ad corpora. et talia reciperent corpora in quibus beate atque immortaliter vivent quam secundum platonem etiam sancte anime ad humana corpora redibunt. secundum porphirium ad mala mundi huius sancte anime non redibunt. Dicit itaque cum platone porphirius redibunt ad corpora. dicit plato cum porphirio non redibunt ad mala. et ad ea corpora redire consentiet: in quibus nulla mala patiantur. Nec itaque non erunt nisi illa quae permittit deus. beatas animas in eternum cum sua eterna carne futurus. Hoc enim quantum existimo iam facile nobis concederent ambo. ut qui faterentur ad immortalia

corporum redituras animas esse sanctorum: ad sua illas redire permitterent: in quibus et mala huius seculi patierent: in quibus deum ut his malis carerent pie fidei:

terque coluerunt. **Ca. xxviii.**

**N**onnulli nostri propter quoddam preclarissimum loquendi genus propter nonnulla quae veraciter senserunt amantes plato nempe dicunt eum aliquid simile nobis etiam de mortuorum resurrectione sensisse. Quod quidem sic tangit in libris de republica tullius. ut cum iussisse potius quam quod id verum esse affirmet dicere voluisse. Inducit enim hominem reuixisse et narrasse quaedam quae platonice disputacionibus congruebant. Labeo etiam duos dicit uno die fuisse defunctos et occurrisse invicem in quodam compito. deinde ad corpora sua iussos fuisse remeare. et ostendisse inter se amicos se esse victuros. atque ita esse factum donec postea morerentur. Sicuti auctor est talem resurrectionem corporis factam fuisse narrarunt. quales fuerunt eorum quos resurrexisse nouimus. et huic quidem redditus vite. si non eo modo ut non morerentur ulterius. Mirabilius autem quiddam marcus varro ponit in libris quos scripsit de gente populi romani: cuius putavi verba ipsa ponenda. Genethiaci quidam scripserunt inquit esse in renascendis hominibus quam appellant palmigeniam greci. ascripserunt officium in annis numero quadringentis quadraginta. ut id est corpus et eadem anima quae fuerunt coniuncta in homine aliquando eadem rursus redeat in coniunctionem. Iste varro quidem siue illi genethiaci nescio. qui non enim nomina eorum perdidit quorum commemoravit sententiam. aliquid dixerunt. quod licet falsum sit. cum enim semel ad eadem corpora quae gesserunt anime redierint. nunquam ea sunt postea relicturae: tamen multa illius impossibilitatis contra nos isti garrunt argumenta ouellit et destruit. Qui enim hoc sentiunt

in oporuit dicitur  
inde iam memora  
resilio istos omnia  
et dicitur eos ut  
et fugatos id est  
et in edictis corp  
es. Quibus in bus  
possent esse scien  
dum est in eis de corp  
amionis non corp  
i suo oblio pulvere  
m autem illud quod  
oblio id est rursu  
de credenda. Apert  
autem phileosophu  
amionis non hinc  
impossibile est dic  
tari in locum rursu  
haec autem immo  
solubilis non potest  
im. non quod illa nec  
nec est valde q  
ad manus immo  
tunc illa quod dicit  
et in ab hinc sed hinc  
dicitur non dubi  
illo deo qui eos se  
nem. quod impossibile  
haec enim dicitur quod  
si non potest. si ma  
nortales erunt. sed al  
hen non potest me  
et illi qui canon in  
immortalis in spu  
aurea platone id quod  
se factum est permittit.  
quod promittitur quod deo  
redirent michi. qui et  
s est eruditus. esse  
nam. quod quidem  
dicit platone factum  
rum eo clamantur  
et sine anime corpus  
et corpus corrupti  
et in quod uenit



siue senserūt: nō eis visū est fieri non posse. ut dilapsa cadauera in auras. in puluerē. in cinerē. in hūores. in corpora uescentiū bestiarū. vel ipoz q̄s hoīm. ad id rursus redeant qd fuerūt. **Q**ua propter plato et porphirius. vel potius quicūq; illos diligunt. et adhuc uiuūt si nobis consentiūt. et etiā sanctas aīas ad corpora redituras sic ait plato. nec tñ ad mala vlla redituras sic ait porphirius ut ex eis fiat osequū qd fides p̄dicat xp̄iana talia corpora recepturas in quib; sine vllō malo in eternū feliciter uiuāt: assumāt etiam hoc de varrone. et ad eade; corpora redeāt in quib; antea fuerūt: et apud eos tota quēstio de carnis in eternū resur-

**N**rectōne soluetur. **Ca. xxix.**  
Nunc iam quid acturi sint in corporib; immortalib; atq; spiritalibus sancti non adhuc eorū carne carnaliter. s; spiritaliter iam uiuente: quantum dñs dignat̄ adiuuare uideamus. Et illa quidē actio. vel potius quies atq; ociū quale futurū sit. si uerū uelim dicere nescio. Non enī hoc vnq; p̄ sensus corporis uidi. Si aut̄ hoc mente idē intelligentiā uidiſſe me dicam: quantum est. aut quid est nostra intelligentiā ad illam excellētiā. Ibi est enim pax dei q̄ sic ait ap̄tus sup̄at omēz intellectū. Quē nisi nrm̄: a fortasse etiā oīm scōz̄ āgeloz̄. Nō enī et dei. Si ergo sancti in dei pace uicturi sūt. p̄fecto in ea pace uicturi sūt. q̄ sup̄at omēz intellectū: qm̄ nrm̄ qdē sup̄at nō ē dubiū. Si aut̄ sup̄at et angeloz̄. ut nec ipos excepisse uideat̄ qui ait. omēm intellectū: scdm̄ hoc dictū esse debem; accipe. quia pacē dei q̄ ip̄e deus pacatus est. sicut nouit deus. nō eā nos scire possumus nosse: nec vlli angeli. Sup̄at itaq; omēm intellectū: nō dubiū q̄ p̄ter suū. S; quia et nos p̄ mō nro pacis eius participes facti sumā in o-

bis atq; inter nos et cū ip̄o pacē q̄ntū nrm̄ sumū ē obtinebimus: isto modo p̄ suo modo sciūt eā sancti āgeli. hoīes aut̄ nūc longe infra quātilib; p̄fectu mentis excellāt. Considerādū est enī q̄ntus uir dicebat. ex parte samus et ex parte p̄phetamus donec ueniat qd p̄fectū est. Et uidemus nūc p̄ speculū in enigmate. tūc aut̄ facie ad faciem. Sic iam uidēt sancti angeli. qui etiā nri angeli dicti sūt. q̄ eruditi de potestate tenebrarū. et accepto spiritus p̄gnore trāslate ad regnū xp̄i. ad eos angelos iā cepimus p̄tinere: cū quibus nobis erit sancta atq; dulcissima de qua iam tot libros sc̄psimus dei ciuitas ip̄a cōmuniſ. Sic sūt ergo angeli nri qui sūt angeli dei: quē admodū xp̄us dei xp̄us est nr̄. Dei sūt. quia deū nō reliquerūt: nri sunt: q̄ suos ciues nos habē ceperūt. Dixit aut̄ dñs ih̄sus. Videte. ne contēnatis vnum de pusillis istis. Dico enī uobis: q̄ angeli eoz̄ in celis semp̄ uidēt facie p̄ris mei q̄ in celis ē. Sicut ergo illi uidēt ita et nos visuri sumus: s; nondū ita uidemus. Propter qd̄ ait ap̄tus qd̄ paulo ante dixit: uidemus nūc p̄ speculū in enigmate. tūc aut̄ facie ad facie. Premū itaq; fidei nobis uisio ista f̄uatur: de q̄ et iohānes ap̄tus loquē. cū apparuerit inquit similes ei erim; qm̄ uidebimus eū sicuti ē. Facies aut̄ dei manifestacō eius intelligēda est: non aliquid tale mēbroz̄ quale nos habemus in corpore. atq; isto noīe nūcupamus. Quapropter cū ex me q̄ritur qd̄ acturi sint sancti in corpore spiritali: nō dico quod iam uideo. sed dico q̄ credo. secundū illud qd̄ in psalmo lego. credidi p̄pter qd̄ locutus sū. Dico itaq; q̄ visuri sint deū in ip̄o corpore sed utrū p̄ ip̄m sic p̄ corpus nūc uidemus solem. lunā. stellas. mare ac terrā. et que sūt in ea: nō parua quēstio ē.



Durū ē enī dicē qđ sancti talia corpa  
 tūc habebūt ut nō possint oculos clau-  
 dere atq; apire cū volūt: durius autē  
 qđ ibi deum quisquis oculos clausit  
 nō videbit. **S**i enī ppheta eliseus pue-  
 rū suū giesi absens corpe vidit acci-  
 pientē munera q̄ dedit ei naamā hirus  
 quē ppheta memoratus a lepre defor-  
 mitate mūdauerat qđ fuus neq; dño  
 suo nō vidēte latēter se fecisse putā-  
 uerat: q̄nto magis ī illo corpe spiritali  
 videbūt sancti oīa. nō solū si oculos  
 claudāt. verū etiā vñ sūt corpe absen-  
 tes. **T**ūc enī erit pfectū illud de quo  
 loquēs ap̄tus. ex parte inquit scim⁹  
 et ex parte pphetamus: cū aut venerit  
 qđ pfectū ē. qđ ex pte est euacuabit⁹.  
**D**em̄de ut quō possit aliqua similitu-  
 dine ostēderet quantū ab illa q̄ futu-  
 ra distet hęc vita. nō qualūcūq; hōim:  
 verū etiā q̄ p̄cipua hęc sanctitate sunt  
 p̄diti cū essem inq̄t paruulus. q̄i par-  
 uulus sapiebā. q̄i paruulus loq̄bar.  
 q̄i paruulus cogitabā: cū aut factus  
 sum vir: euacuau ea q̄ paruuli erant.  
**V**idemus nūc p speculū ī emigmate:  
 tūc aut facie ad faciem. **N**unc scio ex  
 parte: tūc aut cognoscā sicut et cogni-  
 tus sum. **S**i ergo ī hac vita vbi hōim  
 mirabiliū ppheta ita cōpanda est illi  
 vite q̄i paruuli ad iuuenē. vidit tñ  
 heliseus accipientē munera seruū suū  
 vbi ip̄e nō erat: ita ne cū veniet qđ p-  
 fectū est. nec iam corpus corruptibile  
 agguabit aiām. s; ī corruptibile mi-  
 chil impediēt. illi sancti ad ea q̄ vidē-  
 da sūt oculis corporeis quib; heliseus  
 absens ad seruū suū vidēdū nō indi-  
 guit indigebūt: **N**ā scdm̄ interptes  
 septuaginta ista sunt ad giesi verba  
 pphete. **N**ōne cor meū ut tecū qñ cō-  
 uersus est vir de curru in obuiā tibi: et  
 accepisti pecuniā. et ceteras. **S**ic autē  
 ex hebreo interpretatus ē p̄sbiter ihe-  
 romimus. nōne cor meū inquit ī p̄sen-

ti erat. qñ reuersus ē hō de curru suo in  
 occursum tuū. **C**orde suo ergo se dixit  
 hōc vidisse ppheta. adiuto quidā mi-  
 rabiliter nullo dubitate diuinitus. **S**i  
 quāto amplius tūc oīs munere isto  
 abundabūt: cū deus erit oīa ī oīmib;.  
**H**abebūt tñ etiā illi oculi corpe: ei offi-  
 cū suū et ī loco suo erūt vtetur q; illis  
 spūs p̄ spūale corpus. **R**eq; enī. et ille  
 ppheta. q; nō eis indiguūt ut videret  
 absentē. nō eis vsus ē ad vidēda p̄sen-  
 tia. q̄ tñ spiritu videre poss; etiā si illos  
 clauderet. sicut vidit absentia. vbi cū  
 eis ip̄e nō erat. **A**bhit ergo ut dicam⁹  
 illos sanctos ī illa vita deū clausis oculo-  
 lis nō visuros: quē spū sp̄ viderūt. **S**i  
 vtrū videbūt et p oculos corpis cū  
 eos aptos habebunt: inde questio ē.  
**S**i enī tñ potuerūt ī corpe spiritali  
 eo mō vbiq; etiā ip̄i oculi spirituales  
 q̄ntū possunt isti q̄les nūc habemus.  
 p̄culdubio p eos deus videri nō pote-  
 rit. **L**onge itaq; alterius erūt potētie  
 si p eos videbit⁹ ī corpe illa natura  
 q̄ nō cōtinet loco s; vbiq; tota ē. **N**ō  
 enī q; dicimus deū. et ī celo eē et ī ter-  
 ra. ip̄e quippe ait p ppheta. celū et ter-  
 ra ego implebo: aliā partē dicturi su-  
 mus eū ī celo habē et ī terra aliam:  
 s; totus ī celo ē. totus ī terra nō alter-  
 nis tēporib; s; vtrūq; simul qđ nulla  
 natura corpalis p̄t. **V**is itaq; sp̄pollē-  
 tior oculoꝝ erit illoꝝ ut acrius vide-  
 ant qđ quidē phibētur vidē s; p̄ntes  
 vel aquile. **Q**uātalibet enī atrimonia  
 cernēdi eadem q; aiālia nichil aliud  
 possunt videre qđ corpa: s; videāt et  
 īcorpalia. **E**t fortasse ista v̄tus ma-  
 gna cernēdi data fuerat ad horā etiā  
 ī isto mortali corpe oculis sancti vi-  
 ri iob: qñ ait ad deū. **I**n obauditu au-  
 ris audiebā te prius. nūc aut oculus  
 meus videt te: p̄ptea despexi mem̄-  
 ip̄m et distabui et existimaui me ter-  
 rā cinerē. **Q**uāuis nichil hęc phibeat



oculū cordis intelligi. de quibz oculis ait apłus. illuminatos oculos habere cordis vestri. **I**p̄is autē videri deū cū videbit̄. xp̄ianus ambigit nemo q̄ fideliter accipit: qđ ait deus ille magister. **B**eatū mūdo corde: qm̄ ip̄i deum videbūt. **S**ed vtrū etiā corpālibz oculis ibi videat̄: hoc in ista questione ne versamus. **I**llud enī qđ sc̄ptū est. et videbit om̄is caro salutaē dei: sine vilius nodo difficultatis sic intelligi p̄t ac si dictū fuerit. et videbit om̄is homo xp̄m dei: qui vtiqz in corpore visus ē et in corpore videbit̄. qm̄ viuos et mortuos iudicabit. **Q**đ autē ip̄e sit salutaē dei multa sūt et alia testimonia sc̄pturarū. **S**ed euidentius venerādis illius semis simonis verba declarant. **Q**ui cū infantē xp̄m accepiss̄ in manus suas: nūc inquit dimittis dñe seruu tuū scđm verbū tuū in pace: qm̄ viderunt oculi mei salutare tuū. **I**llud etiā qđ ait sup̄ memoratus iob. sicut in exemplaribz q̄ ex hebreo sūt inueniē. et in carne mea videbo deū. resurrect̄ o3 qđ carnis sine dubio p̄phetavit: nō tamē dixit p̄ carnē meā. **Q**uod quidē si dixisset: posset deus xp̄us intelligi. qui p̄ carnē in carne videbit̄. **N**ūc vero potest et sic accipi in carne mea videbo deum: ac si dixisset. in carne mea ero cū videbo deū. **E**t illud qđ ait apłus facie ad faciē. nō cogit ut deū p̄ hāc faciē corpālē vbi sunt oculi corpales nos visuros esse credamus quē in spū sine intermissione videbimus. **N**isi enī esset et interioris hoīs facies: nō diceret idē apłus. **N**os autē reuelata facie gloriā dñi speculātes. in eandē imaginē trāsformamur de gloria in gloriā: tāq̄ a dñi spū. **N**ec aliter intelligim̄ qđ in psalmo canit̄. acceditē ad eū et illumināmini et facies v̄re nō erubescēt. **F**ide q̄ppe accedit̄ ad deū: quā cordis ostat esse non corpis. **S**ed q̄ spiritale

corpus nescimus. q̄ntos habebit accessus: de re quippe inexplata loq̄mur. vbi aliq̄ que aliter intelligi neqat diuinarū sc̄pturarū nō occurrit et succurrit auctoritas: necesse ē ut ostingat in nob̄ qđ legit̄ in libro sapiētie. **C**ogitationes mortaliū timide: et incerte prudentie n̄re racōcinacō q̄ppe illa phoz̄ qua disputat ita mētis aspectu intelligibilia videri. et sensu corpis sensibilia id ē corpalia ut nec intelligibilia p̄ corpus. nec corpalia p̄ seip̄a mens valeat intueri. si posset nobis esse certissima. p̄fecto certū ess̄ p̄ oculos corpis etiā spūales nullo mō posse videri deū. **S**ed istā racōcinacōnē et vera racō et p̄phetica irridet auctoritas. **Q**uis enī ita sit ausus a vero: ut dicere audeat deū corpalia ista nescire. **N**ūquid ergo corpus habet: per cuius oculos ea possit addiscere. **D**einde qđ de p̄pheta heliseo paulo ante diximus: nōne satis indicat etiā spū nō p̄ corpus corpalia posse cerni. **Q**ñ enī fuit ille munera accepit vtiqz corpāliter gestū ē: quod tñ p̄pheta nō corpus. s̄ p̄ spiritū vidit. **S**icut ergo ostat videri corpalia spiritu: quid si tāta erit potētia spiritalis corpis ut corpore videatur et spiritus. **S**pūs enī ē deus. **D**einde vitā quidē suā qua nūc viuit in corpore et hęc terrena membra vegetat facitqz viuētia. interiore sensu quisqz nō p̄ corporeos oculos nouit: alioz̄ vero vitas cū sint inuisibiles p̄ corpus videt. **N**ā vñ viuētia discernimus a non viuētibz corpā. nisi corpā simul vitasqz videamus. **Q**uas nisi p̄ corpus videre nō possumus: vitas autē sine corpore: corporeis oculis nō videmus. **Q**uāobrē fieri p̄t. valdeqz credibile est sic nos esse visuros mūdā tunc corpā celi noui et terrē noue: ut deum vbiqz p̄sentē. et vniūsa etiā corpalia gubnantē. p̄ corpā q̄ gestabimus et q̄



cōspiciemus quāq̄ versū oculos duxe-  
rimus. clarissima p̄spicuitate videā-  
mus: nō sicut nūc inuisibilia dei p̄ ea q̄  
fca sūt intellecta cōspiciūtur p̄ speculū  
in enigmate ex parte. vbi plus i no-  
bis valet fides q̄ credimus. q̄ rerū  
corpaliū species quā p̄ oculos cerni-  
mus corpales. Sed sicut hōies inter  
quos viuētes. motusq̄ vitales exe-  
rētes viuimus. mox ut aspiciamus nō  
credimus viuere. s̄ videmus cū eoz  
vitā sine corpore vidē nequeamus  
quā tñ i eis p̄ corpora remota omī ambi-  
guitate cōspiciamus: ita quacūq̄ spi-  
ritalia illa lumina corporeū nōz cir-  
cūferemus in corporeū deū omīa regē-  
tē etiā p̄ corpora cōtuebimur. Aut ergo  
p̄ illos oculos sic videbitur deus ut  
aliquid habeāt in tāta excellētia mē-  
tis simile quo in corpore ea natura cer-  
natur. qd̄ vllis exēplis sine scriptura-  
rū testimonijs diuinaz vel difficile ē  
vel impossibile ostēdē: aut qd̄ est ad  
intelligendū facilius. ita deus nobis  
erit notus atq̄ cōspiciuus. ut videat̄  
tur spū a singulis nobis i singulis no-  
bis. videat̄ ab altero i altero. videat̄  
atur in seip̄o videat̄ in celo nouo. et in  
terra noua. atq̄ in omī que tūc fuerit  
creatura. videatur et p̄ corpora in omni  
corpore quocūq̄ fuerint spiritalis cor-  
p̄is oculi acie pueniēte directi. Pate-  
būt etiā cogitacōnes nostre inuicem  
in nobis. Tūc enī implebit̄ qd̄ apo-  
stolus cū dixiss̄. nolite ante tempus  
iudicare quicq̄ mox addidit. donec  
veniet dñs et illuminet abscondita te-  
nebrarū et manifestabit cogitacōnes  
cordis: et tūc laus erit vnicuiq̄ a deo.

**Q**uanta erit illa **Ca. xxx.**  
felicitas vbi nullū erit malum:  
nullū tacebit bonū: vacabitur dei lau-  
dibus: quia erit omīa in omīb̄. Nam  
quid aliud agatur vbi neq̄ ulla deside-  
ria cessabit: neq̄ ulla indigentia lac-

torabitur. nescio. Ammoneor etiā san-  
cto cārico vbi lego vel audio. beati qui  
habitāt in domo tua. in secula seculo-  
rū laudabūt te. Omīa mēbra et visce-  
ra incorruptibilis corp̄is que nūc vi-  
demus p̄ vsus necessitatis varios di-  
stributa quomā tūc nō erit ip̄a neces-  
sitas. s̄ plena. certa. secura. sempiter-  
na felicitas. p̄ficiēt laudib̄ dei. Omnes  
quippe illi de quib̄ iam sū locutus. qui  
nūc latent armonie corp̄alis numeri  
nō latebūt intrinsecus. et extrinsecus  
p̄ corp̄is cūcta dispositi. et cū ceteris  
rebus que ibi magne atq̄ mirabiles  
videbūtur: racōnales mentes in tan-  
ti artificis laudē. racōnabilis pulchri-  
tudinis delectacōne succendēt. Qui-  
motus illic taliū corp̄orū sūt futuri te-  
mere definire nō audeo qd̄ excogitāe  
nō valeo: tñ motus et status sic ip̄a  
species decēs erit. quicūq̄ erit. vbi qd̄  
nō decebit nō erit. Certe vbi volet spi-  
ritus: ibi p̄tinus erit corpus. Nec vo-  
let aliqd̄ spūs: qd̄ nec spm̄ possit dece-  
re nec corpus. Vera ibi gloria erit  
vbi laudantis. nec errore quisq̄. nec  
adulacōne laudabit̄. Verus honor  
qui nulli negabit̄ digno. nulli defere-  
tur indigno. s̄ nec ad eā ambiget ul-  
lus indignus: vbi nullus p̄mittetur  
esse nisi dignus. Vera pax vbi nichil  
adūsi. nec a seip̄o. nec ab aliquo quis-  
q̄ patiet̄. Premiū virtutis erit ip̄e qui  
virtutez dedit. eiq̄ seip̄m quo melius  
et maius nichil possi eē p̄misit. Quid  
est enī aliud qd̄ p̄ p̄phetā dixit ero il-  
lorū deus. et ip̄i erūt michi plebs. nisi  
ego ero vñ satiētur. ego ero quecūq̄  
ab hōmib̄ honeste desiderētur. et vita  
et salus. et victus. et copia. et gloria. et  
honor. et pax. et omīa bona. Sic enim  
et illud recte intelligit̄. qd̄ ait ap̄tus  
ut sit deus omīa i omīb̄. Ip̄e finis erit  
desideriorū nostrorū. qui sine fine vi-  
debitur: sine fastidio amabitur: sine



fatigacōe laudabitur. **H**oc munus.  
hic effectus. hic actus profecto erit  
om̄ibz. sicut ip̄a vita eterna cōmūnis.  
**C**eterū q̄ futuri sint p̄ meritis p̄miorū  
etiā gradus honorū atq; gloriarū: q̄s  
est idoneus cogitaē q̄nto magis di-  
cere. **Q**uō tñ futuri sint. nō ē ambigen-  
dū. **A**tq; id etiā beata ciuitas illa ma-  
gnū in se bonū videbit: qd̄ nulli sup̄i-  
ori vllus inferior inuidēbit: sic nūc nō  
inuidēt archāgelis angeli ceteri tā-  
q; noluit esse vnusquisq; qd̄ nō acce-  
pit. quāuis sit pacatissimo concordie  
vinculo ei q̄ accepit obstrictus: q̄ nec  
in corpore vult oculus eē qui ē digitus.  
cū mēbrū vtrūq; dōtineat totius carnis  
pacata cōpago. **S**ic itaq; habebit  
donū aliis alio minus: ut hoc q̄ donū  
habeat. ne velit amplius. **N**ec ideo li-  
berū arbitriū nō habebūt: q̄ peccata  
eos delectaē nō potēt. **M**agis q̄pe  
eēt liberū a delectacōe peccādi usq; ad  
delectacōz nō peccādi indeclinabile. li-  
beratū. **N**ā p̄mū liberū arbitriū qd̄ ho-  
mini datū est quando p̄mum creatus  
est rectus. potuit non peccare: sed po-  
tuit et peccare. **H**oc autem nouissimū  
eo potētius erit: quo peccāē nō potēt.  
**V**erū hoc q̄ dei munere: nō sua possi-  
bilitate natū. **A**liud est enī esse deū:  
aliud p̄cipē dei. **D**eus natura peccare  
nō p̄t: p̄cipē vero dei ab illo accepit  
ut peccāē nō possit. **V**eruādi aut gra-  
dus erāt diuini muneris: ut p̄mū da-  
retur liberū arbitriū quo non peccare  
poss; homo. nouissimū quo peccare nō  
poss;: atq; illud ad opandū meritū. hoc  
ad recipiēdū p̄mū p̄tinēt. **S**; q̄ pec-  
cauit ista natura cū peccāē potuit: lar-  
giorē grā liberat. ut ad eā p̄ducatur  
liberatē. in q̄ peccare nō possit. **S**ic enī  
p̄ma immōtilitas fuit quā peccādo a-  
dam p̄didit posse nō mori: nouissima  
erit nō posse mori: ita p̄mū liberū arbi-  
triū posse nō peccāē: nouissimū nō pos-

se peccare. **S**ic enī erit inamissibilis  
volūtas pietatis et eq̄tatis: quō ē feli-  
citas. **N**ā vtiq; peccādo. nec pietatē  
nec felicitatē tenuimus: volūtatē ve-  
ro felicitatis. nec p̄dita felicitate p̄di-  
dimus. **C**erte deus ip̄e nunquid qm̄  
peccāē nō p̄t: ideo liberū arbitriū ha-  
bere negādus ē. **E**rit ergo illius ciui-  
tatis et vna in om̄ibz et inseparabilis in  
singulis volūtas libera. ab om̄i malo li-  
berata. et impleta om̄i bono. fruēs in-  
deficiēter eternoz iocūditate gaudi-  
ozum. oblita culparū. oblita penarū:  
nec ideo tñ sue liberacōnis oblita: ut  
liberatori suo nō sit ingrata. **Q**uantū  
ergo attinet ad sciētiā racōnalem. me-  
mor p̄teritorū etiā maloz si ozū: q̄ntū  
aut ad expiētis sensū. p̄orsus imme-  
mor. **N**ā p̄tissimus medicus. sic arte  
sciūtur. om̄es fere morbos corpis no-  
uit. **S**icut aut corpore sentiunt. pluri-  
mos nescit. quos ip̄e nō passus ē. **S**ic  
ergo sciētie maloz due sūt. vna q̄ po-  
tentia mētis nō latēt. altera qua expi-  
entis sensibz inherēt: aliter quippe sci-  
unt vicia oīa p̄ sapiētie doctrinā. ali-  
ter p̄ insipientis pessimā vitā: ita ut ob-  
liuiones maloz due sunt. **A**lter ea  
nāq; obliuiscit eruditus et doctus: ali-  
ter exp̄tis et passus. **I**lle si p̄tinā negli-  
gat: iste si miseria careat. **S**ecūm hāc  
obliuionē quā postiori loco posui nō  
erūt memores sancti p̄teritorū malo-  
rū. **C**arebūt enī om̄ibz: ita ut penitus  
deleātur de sensibz eozū. **E**a tñ potētia  
sciētie q̄ magna in eis erit nō soluz sua  
p̄teit a. s; etiā dānatorū eos sempiter-  
na miseria non latebit. **A**lioquin si se  
fuisse miseros nescituri sūt. quō sicut  
ait psalmus misericōdias dñi in eternū cā-  
tabūt. **Q**uo cātico in gloriā gratie xpi.  
cuius sanguine liberati sumus. nichil  
erit p̄fecto illi iocūdius ciuitati. **I**bi p̄-  
ficiet. vacate et videte qm̄ ego sū de-  
us. **Q**uō erit vere maximū sabbatū nō



habens vesperā: quō cōmendavit dñs  
 in p̄mis operibz mūdi vbi legitur: et  
 requieuit deus die septimo ab om̄ibz  
 opibz suis que fecit. et benedixit de⁹  
 diē septimū. et sanctificavit eū: q̄ in eo  
 requieuit deus ab om̄ibz opibz suis:  
 q̄ inchoavit deus facē. **D**ies enī septi-  
 mus etiā nos ip̄i erimus. q̄n̄ eius fue-  
 rimus b̄n̄dictōne et sanctificacōe ple-  
 ni atqz p̄fecti. **I**bi vacātes videbimus  
 quomā ip̄e ē deus: quod nobis nos  
 ip̄i esse volumus q̄ndō ab illo cecidi-  
 mus. audiētes a seductore. eitis sicut  
 dii. et recedētes a vero deo: quo faci-  
 ente dii essemus eius participacōne  
 nō desercōne. **Q**uid enī sine illo feci-  
 mus: nisi quōd i ira eius defecimus? **A** quo  
 refecti. et gratia maiore p̄fecti. vacā-  
 bimus in eternū. vidētes. q̄ ip̄e ē de-  
 us quo pleni erimus: quādo ip̄e erit  
 om̄ia in om̄ibz. **N**am. et ip̄a opa bona  
 nostra quādo ip̄ius potius intelligū-  
 tur esse q̄ nostra. tunc nobis ad hoc  
 sabbatū adipiscendūz imputātur: q̄  
 si nobis ea tribuerimur. serviilia erūt.  
 cū de sabbato dicatur: om̄e opus ser-  
 vile nō facietis. **P**ropter quod et per  
 ezechielez p̄phetā dicitur. **E**t sabbata  
 mea dedi eis in signū inter me et inter  
 eos: ut scirent q̄ ego dñs qui sancti-  
 fico eos. **N**oc p̄fecte tūc sciemus: q̄n̄  
 p̄fecte vacabimus et p̄fecte videbim⁹  
 q̄ ip̄e ē deus. **I**pe etiā numerus etatū  
 veluti dierū. si scdm̄ eos articulos tē-  
 poris cōputētur qui in scripturis san-  
 ctis videntur expressi. iste sabbatis-  
 mus evidētius apparebit. q̄n̄ septi-  
 mus inveniatur: ut p̄ma etas tanq̄ di-  
 es p̄mus sit ab adam usqz ad dilu-  
 um. scda inde usqz ad abraham: non  
 equalitate tēporū. sed numero gene-  
 racōnū. **D**e nas quippe habere repe-  
 rūtur. **H**inc iam sicut matheus euan-  
 gelista determinat. tres etates usqz  
 ad xp̄i subsequūtur aduentū: que sim-

gule demis et quatermis generacōni-  
 bus explicātur. **A**b abrahāz usqz ad  
 dauid vna: altera inde usqz ad tran-  
 migracōnez in babilonā: tertia inde  
 usqz ad xp̄i carnalē natiuitatē. **F**unt  
 itaqz om̄es quinqz. **S**exta nunc agi-  
 tur. nullo generacōnū numero meti-  
 enda: p̄pter id quō dictuz est. **N**on est  
 vestrū scire tempora: que pater posu-  
 it in sua potestate. **P**ost hāc tanq̄ in  
 die septimo requiescet deus: cū eundē  
 septimū diē quod nos erimus in se-  
 ip̄o deo faciet requiescē. **D**e istis por-  
 ro etatibus singulis nūc diligenter  
 longū ē disputaē. **N**ec tamē septima  
 erit sabbatuz nostrū. cuius finis non  
 erit vespera. sed dōmicus dies velut oc-  
 tauus. eternus. qui xp̄i resurrectōne  
 sacratu est: eternā nō solum sp̄itus  
 verū etiā corp̄is requiem p̄figurans  
**I**bi vacabimus et videbimus: videbi-  
 mus et amabimus: amabimus et lauda-  
 bimus. **E**cce quōd erit in fine. sine fine.  
**N**ā quis alius nr̄ est finis: nisi perue-  
 nire ad regnū cuius nullus est finis?  
**V**ideoz michi debitū in gentis huius  
 opis adiuuāte dño reddi disse. **Q**ui-  
 bus paruz. vel quibz minū est. michi  
 ignoscant: quibus autē satis est. non  
 michi. sed deo mecū gratias congra-  
 tulantes agant. **A**men.

Textus sancti Augustini de civitate  
 dei magistrie impressus. explic feliciter.

Anno



lxxiiij.

Finito libro sit laus et gloria cristo.



Faint, illegible text in the left column, possibly bleed-through from the reverse side.

Faint, illegible text in the right column, possibly bleed-through from the reverse side.

Fragment of text from the adjacent page on the right, showing some decorative elements.